

Franz,
‚Improbacio‘
fol. 71^{rb}:

pater, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo.“ Et hoc fuit rationabile, quia sui principes debuerunt esse consortes et comparticipes sui regni sicut fuerunt consortes et participes evangelii et persecutionis mundi. Sed Christus commendavit suis apostolis regnum ecclesie spirituale et non temporale, quia regnum temporale admonuit et docuit eos relinquere et contempnere. Unde et Petrus in persona omnium apostolorum dixit: „Domine, ecce nos reliqui-

‚Allegaciones‘
Artikel
I, K, fol. 96^v:

cut disposuit michi pater“ etc. In quibus verbis Christus manifeste demonstrat, quod ipse tale regnum commendabat apostolis quale pater suus sibi commiserat, et hoc non fuit temporale sed spirituale, ut dictum est. Ergo Christus non commisit sive commendavit regnum et dominium rerum temporalium apostolis, immo regnum et dominium rerum temporalium docuit eos relinquere et contempnere, quia ut dicitur Matthaei XIX. et Luce XVI. II.: „Vade et vende omnia que habes et da pauperibus et sequere me!“ Et Petrus in persona omnium apostolorum ostendens se et apostolos hoc

Appellation vom
26. März 1330, fol. 185^v:

quod tale regnum recommendavit apostolis quale sibi commiserat pater. Sed apostolis non commendavit regnum temporale sed spirituale, ymo regnum temporale docuit eos contempnere et relinquere, quia „Si vis,“ inquit, „perfectus esse, vende omnia que habes et da pauperibus!“ Et Petrus in persona omnium apostolorum ostendens se predictum Christi consilium adimplere respondit: „Ecce nos reliquimus omnia“ etc. Que autem apostoli semel ex perfectione apostolica reliquerunt, stante perfectione apostolica illa amplius non resumpserunt, quia stante causa stat effectus⁹³. Et Luce IX. dicitur: „Nemo mittens manum ad aratrum et aspiciens retro dignus est regno dei.“ Sed apostoli ex perfectione virtutis, ut dictum est, omnia temporalia reliquerunt, ergo stante apostolica perfectione amplius illa non resumpserunt et a Christo regnum temporale non receperunt. Ergo regnum Christi in quantum homo viator non fuit temporale sed spirituale, quia, ut premissum est, tale fuit eius regnum quale suis apostolis

⁹³) Variation der bekannten Parömie: *Cessante causa cessat effectus* (zuerst X 2.24.26, Innocenz III.); vgl. H. Krause, in: ZRG Kan. 46 (1960) S. 85.